

Tu vis haberi dives. Nunc possum dormire securus.

VI.

Vocativi absolute ponuntur in Oratione, ornatûs vel affectûs causâ, nec regunt Casus: ut,

Petre, abeamus hinc.

Petre, dormis? expergiscere.

DE SYNTAXI TRANSITIVA
SEV RECTIONIS.

VII.

Die Gerundia, Participia, vnd Supina in um haben nach sich den Casum ihres Verbi.

Gerundia, Participia, & Supina in u M post se regunt Casus suorum Verborum: ut,

Obliviscendum est injuriarum & injurias.

Occasio mittendi literas in patriam.

Legens vel lecturus Virgilium.

Virgilius lectus & legendus à nobis.

Eo emptum libros & calceos, i. e. emere, vel, ut emam.

Sed cum necessitatem significant in Dum Gerundia, & Participia in Du s, peculiariter Dativum personæ adsciscunt: ut,

Eundum est mihi. Surgendum est nobis.

Deus orandus est mihi vel à me.

Faciat